Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26400
Copyright: Admont, Benediktinerstift



9

tatem desiderio sua non delectet implere sed voce
illam diuinis fratribus iniungent dicentis. Non veni
facere voluntatem meam sed eius qui misit me sicut
dicit scriptura. Voluntas hic pena et necessitas
perit coronam. Tertio humilitatis gradus
est ut quis pro dei amore omni obedientia se
subdat maiori minitans illum de quo dicit apostolus
factus obediens patri usque ad mortem. Quarto
humilitatis gradus est si in ipsa obedientia
duris et contrariis rebus vel etiam quibuslibet
iniuriis illatis tacita ostinata patientia am
plectat et sustinens non lassescat nec desistat
dicente scriptura. Qui perseuerauerit usque in finem hic
saluus erit. Item confortet cor tuum et sustine
dominum. Et ostendens fidelem pro domino omnia etiam
iniuria sustinere debere dicit ex persona sufferentium
Propter te morte afficimur tota die estima
ti sumus ut oues occisionis. Et securi de spe
retributionis diuine subsecuit gaudentes et
dicentes. Sed in his omnibus superamus propter eum
qui dilexit nos. Et iterum alio loco scriptum. Probasti
nos domine deus igne nos examinasti sicut igne
examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum
posuisti tribulationes in dorso nostro. Et
ut ostendat sub potestate nos esse debere subsecuit
dicens. Imposuisti homines super capita nostra